



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 3. Exempla hujus veritatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Exempla huius veritatis,

HAc ratione Deus nutrit innumerabiles
Ierusalem Judaici populi multitudinem in
ferto quadraginta annis præbens illi in
titudine arenti & sterili quotidie abundantiam
panis & aquæ. Exod. 16. Sic Danielem pro
fectum in lacum leonum Deus servavit illi
ut non inter bestias fame ac rabie effretus
sed inter blandientes catulos videretur
fidere. Hoc divino animatus auxilio S. Ma
rius cum à furente latronum globo in
retur, majorem animi tranquillitatem, se
ritatemque exhibuit quam unquam
Idem expertus est S. Felix cum persecutor
fugiens crudelitatem in angulo quodam
didit se araneorum telis divinâ providentiâ
subitò expansis tectus. Quæ res occasum
dedit ingenioso Poëtæ canendi.

Si cui Christus adest? huic fuit murus:

Si cui Christus abest huic murus fuit.

Nec tantum Fiducia in Deum fortiter
reddit adversus terrenas, sed etiam contra
spirituales tenebrarum potestates. Narratur
in vita S. Macarii Alexandrini quod cum
ma

mones omnem conatum adhiberent in ver-
firando, ut vir Sanctus relictâ eremo Ro-
mam peteret ostensus se populo, respon-
dit malignis spiritibus: Faciam quod vultis,
si me hoc loco dimotum deducere possitis in
riam, Atque ita eodem perstitit loco à mane
usque ad vesperam, ut nullâ vi infernalium
hostium ab eo vel latum unguem dimoveri
potuerit. O admirabiles in Deum fiduciæ vi-
res! Tanta patrare miracula non videntur
potuisse mortales homines, sed qui relictâ in-
firmitate humanâ, virtutem assumpserint An-
gelicam, imò divinam, ut testatur in scriptu-
ris sacris Spiritus Sanctus, & paulò post o-
stendemus. Sed audiamus prius quo sensu de
hac re loquatur Sanctissimus Japoniæ Apo-
stolus Franciscus Xaverius; sic autem scribit
ad Prapositum Provincialem Lusitaniæ de
suo in Japoniam atque extremas orientis in-
sulas proposito itinere: Obstupefcunt stu-
diosi mei omnes & amici, quòd tam longin-
quum ac periculosum suscipere iter non ve-
reor. Multa mihi tempestatum, syrtium, py-
ratarum pericula proponunt. Ceterum haud
paulò magis ego illos invicem obstupefco,
quòd tam exiguam habeant Dei fiduciam,
cujus illa omnia in ditione sunt ac potesta-
te. Equidem cum Dei nutu atque imperio

„omnia gubernari certò sciam; nihil enim
 „no metuo præter ipsum Deum; ne scilicet
 „is de meâ in suo obsequio religionis
 „studio, negligentia inertiaque meritis
 „gat pœnas. Quocircareliquos terrores, et
 „crimina, ærumnas, cruces, nihil admodum
 „pertimesco. Unum quippe timeo rerum
 „mnium effectorem ac moderatorem Deum
 „quod res ceteræ quamvis noxiæ, non
 „si quatenus ille finit, nocere hominibus
 „queant.

§. IV.

Qui sperant in Deo, mutant fortitudinem.

S Propheta Isaias dat hoc testimonium
 „qui plenè confidunt in Deo: *Qui sperant
 „in Domino, mutabunt fortitudinem, cursumque
 „non laborabunt, ambulabunt & non deficiunt.*
 Isai. 40. Paradoxon id fortasse videbitur
 „credibile iis qui causam ejus ignorant, sed
 „mini mirum videri potest qui legerit in
 „litteris id quod hæc sæpius testantur, nimirum
 „eos qui sperant in Deo, assumere Dei
 „fortitudinem & extollere se supra res
 „humanas. *Quia tu es Domine, spes mea*
 „David in personâ justorum. Unde mox
 „dit: *Altissimum posuisti refugium tuum.*
 „90. Qui ergo fieri potest, ut calamitates